

The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

Adulacio an cum uariis

Huius pestis pestilencia percuciantur principum laterales, palatini canes, adulacionis artifices, fabri laudis, figuli falsitatis. Hii sunt qui magniloqua commendacionis tuba in diuitum auribus citharizant, qui mellite adulacionis fauos foras eructant, qui ut emungant munera caput diuicis oleo adulacionis inungunt. Prelatorum auribus pluuinaria laudum subiciunt qui ab eorum pallis aut ficticium puluerem excuciant aut uestem sophistice deplumant implumen.

Alanus de conplanctu siue conquestione nature.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Adulacio an] Adulatio ak P V¹ V² L¹, Adulatio am L²; percuciantur] percutiunt P V¹ V² L¹ L²; artifices] fult *add. (del. intra)* C; fabri] fabei M; tuba] turba (*cor. intra*) M; iniungunt] mungunt P V¹ V²; pluuinaria] puluinaria P V¹ V² L¹ L²; qui] cum M; pallis] paliis P V¹ V² L¹ L²; ficticium] futicium M; sophistic] ficticie P V¹ V² L¹ L²; implumen] in plumen P V¹; siue] de *add.* P V¹ V² L¹ L²